



## **The Holy Rosary in Latin**

---

### **Mysteria Dolorosa** **The Sorrowful Mysteries of the Holy Rosary**

**In** nomine Patris,  
et Filii,  
et Spiritus Sancti,  
Amen.

#### **Prefatory Prayer:**

**V./** Domine, labia mea aperies,  
**R./** Et os meum annuntiabit laudem tuam.  
**V./** Deus in adiutorium meum intende,  
**R./** Domine ad adiuvandum me festina.

## **I. Primum Mysterium Dolorosa : Jesus in Horto Olivarum**

(The Agony in the Garden)

<sup>32</sup> Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hic donec orem. <sup>33</sup> Et assumit Petrum, et Jacobum, et Joannem secum : et cœpit pavere et tædere. <sup>34</sup> Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate. <sup>35</sup> Et cum processisset paululum, procidit super terram, et orabat ut, si fieri posset, transiret ab eo hora. <sup>36</sup> Et dixit: Abba pater, omnia tibi possibile sunt: transfer calicem hunc a me: sed non quod ego volo, sed quod tu. <sup>37</sup> Et venit, et invenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis ? non potuisti una hora vigilare? <sup>38</sup> vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. <sup>39</sup> Et iterum abiens oravit, eundem sermonem dicens. <sup>40</sup> Et reversus, denuo invenit eos dormientes (erant enim oculi eorum gravati), et ignorabant quid responderent ei. <sup>41</sup> Et venit tertio, et ait illis : Dormite jam, et requiescite. Sufficit : venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. <sup>42</sup> Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope est.

**P**ater noster, Qui es in coelis,  
sanctificetur nomen Tuum;  
adveniat regnum Tuum;  
fiat voluntas Tua,  
sicut in coelo et in terra.  
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;  
et dimitte nobis debita nostra,  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;  
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

*(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):*

**A**ve Maria, gratia plena,  
Dominus tecum;  
benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.  
Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

**G**loria Patri,  
et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio,  
et nunc,  
et semper,  
et in saecula saeculorum.

Amen.

*(optional)*

**O** Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

---

## **II. Secundum Mysterium Dolorosa: Iesus Flagellatus** (the Scourging at the Pillar)

<sup>15</sup> Per diem autem solemnem consueverat praeses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent: <sup>16</sup> Habebat autem tunc vinctum insigne, qui dicebatur Barrabas. <sup>17</sup> Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? <sup>18</sup> Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. <sup>19</sup> Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, et justo illi : multa enim passa sum hodie per visum propter eum. <sup>20</sup> Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. <sup>21</sup> Respondens autem praeses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. <sup>22</sup> Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? <sup>23</sup> Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis praeses : Quid enim mali fecit ? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. <sup>24</sup> Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret : accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine justi hujus: vos videritis. <sup>25</sup> Et respondens universus populus, dixit : Sanguis ejus super nos, et super filios nostros. <sup>26</sup> Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.

**P**ater noster, Qui es in coelis,  
sanctificetur nomen Tuum;

adveniat regnum Tuum;  
fiat voluntas Tua,  
sicut in coelo et in terra.  
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;  
et dimitte nobis debita nostra,  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;  
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

*(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):*

**A**ve Maria, gratia plena,  
Dominus tecum;  
benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.  
Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

**G**loria Patri,  
et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio,  
et nunc,  
et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

*(optional)*

**O** Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

### III. Tertium Mysterium Dolorosa: Iesus Spinis Coronatus

(Jesus is Crowned with Thorns)

<sup>27</sup> Tunc milites praesidis suscipientes Jesum in praetorium, congregaverunt ad eum universam cohortem : <sup>28</sup> et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, <sup>29</sup> et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes : Ave rex Judaeorum. <sup>30</sup> Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus. <sup>31</sup> Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis ejus, et duxerunt eum ut crucifigerent.

**P**ater noster, Qui es in coelis,  
sanctificetur nomen Tuum;  
adveniat regnum Tuum;  
fiat voluntas Tua,  
sicut in coelo et in terra.  
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;  
et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;  
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

*(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):*

**A**ve Maria, gratia plena,  
Dominus tecum;  
benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.  
Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

**G**loria Patri,  
et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio,  
et nunc,  
et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

*(optional)*

**O** Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

---

#### **IV. Quartum Mysterium Dolorosa: Iesus Crucem Portans**

(Jesus carries His Cross)

<sup>15</sup> Illi autem clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsarem. <sup>16</sup> Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum, et eduxerunt.

+

<sup>27</sup> Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum, quæ plangebant et lamentabantur eum. <sup>28</sup> Conversus autem ad illas Jesus, dixit : Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros. <sup>29</sup> Quoniam ecce venient dies in quibus dicent : Beatae steriles, et ventres qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt. <sup>30</sup> Tunc incipient dicere montibus : Cadite super nos ; et collibus : Operite nos. <sup>31</sup> Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet ? <sup>32</sup> Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo, ut interficerentur."

**P**ater noster, Qui es in coelis,  
sanctificetur nomen Tuum;  
adveniat regnum Tuum;  
fiat voluntas Tua,  
sicut in coelo et in terra.  
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;  
et dimitte nobis debita nostra,  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;  
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

*(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):*

**A**ve Maria, gratia plena,  
Dominus tecum;  
benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.  
Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

**G**loria Patri,  
et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio,  
et nunc,  
et semper,  
et in saecula saeculorum.

Amen.

*(optional)*

**O** Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

## V. Quintum Mysterium Dolorosa: Iesus in Cruce Moritur (Jesus dies on the Cross)

<sup>33</sup> Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum: et latrones, unum a dextris, et alterum a sinistris. <sup>34</sup> Iesus autem dicebat : Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta ejus, miserunt sortes. <sup>35</sup> Et stabat populus spectans, et deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus. <sup>36</sup> Illudebant autem ei et milites accedentes, et acetum offerentes ei, <sup>37</sup> et dicentes : Si tu es rex Judæorum, salvum te fac. <sup>38</sup> Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris græcis, et latinis, et hebraicis : Hic est rex Judæorum. <sup>39</sup> Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac teipsum et nos. <sup>40</sup> Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. <sup>41</sup> Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus : hic vero nihil mali gessit. <sup>42</sup> Et dicebat ad Jesum : Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. <sup>43</sup> Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi : hodie mecum eris in paradiso. <sup>44</sup> Erat autem fere hora sexta, et tenebræ factæ sunt in universam terram usque ad horam nonam. <sup>45</sup> Et obscuratus est sol, et velum templi scissum est medium. <sup>46</sup> Et clamans voce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit."

**P**ater noster, Qui es in coelis,  
sanctificetur nomen Tuum;  
adveniat regnum Tuum;  
fiat voluntas Tua,  
sicut in coelo et in terra.  
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;  
et dimitte nobis debita nostra,  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;  
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

*(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):*

**A**ve Maria, gratia plena,  
Dominus tecum;  
benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Iesus.  
Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc et in hora mortis nostræ.

Amen.

**G**loria Patri,  
et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio,  
et nunc,  
et semper,  
et in saecula saeculorum.

Amen.

*(optional)*

**O** Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

---

**Salve, Regina**, Mater misericordiae!

vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exules filii Evae.

Ad te suspiramus,

gementes, et flentes, in hac lacrimarum valle.

Eia ergo, advocata nostra,

illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria!

Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**O**remus:

Gratiam tuam quaesumus, Domine,

mentibus nostris infunde, ut qui,

angelo nuntiante, Christi Filii tui

incarnationem cognovimus

per passionem eius et crucem,

ad resurrectionem gloriam perducamur,

per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

**In** nomine Patris,  
et Filii,  
et Spiritus Sancti.

**A**men.

<http://www.boston-catholic-journal.com/holy-rosary-in-latin-the-sorrowful-mysteries/listen-to-the-holy-rosary-in-latin-the-sorrowful-mysteries.htm>



Copyright © 2004 - 2010 Boston Catholic Journal. All rights reserved.